# STUDIORUM CLASSICORUM ET LINGUAE LATINAE LAUDATIO

**Supermagistri dignissimi, professores venerabiles, discipuli sodales, cives viri et feminae,**

Administrators most worthy, professors venerable, students fellow, gentlemen & ladies,

**Salvete Omnes! Gratias vobis ago pro adventu vestro hac nocte. Ego sum modesta mente**

Hello All! Thanks to you I give for coming your this evening. I am humbled

**ob praesentiam omnium vestrum. Conabor habere orationem tempore tuo dignam. Horas**

by the presence of each and every one of you. I shall try to deliver an oration of your time worthy. Hours

**multas et multos menses cogito ad scribendam orationem novam et propriam. Quamquam**

many and many months I have thought about writing my speech new and my own. Although

**ego sum semper discipulus linguae Latinae, contendam summis viribus ut faciam antiquos**

I am always a student of the Latin language, I shall strive with utmost strength to make the ancient

**Romanos superbos et laetos hac nocte, in hoc Parvo Theatro toga candida indutus et**

Romans proud and happy this evening, in this Little Theater, in a splendid toga garbed and

**togatus senatori Romano similis. Sine mora velim invocare Musas omnipotentes. Utinam**

dressed a-Roman-Senator-like. Without delay I would like to call upon the Muses almighty.

**loquatur certe lingua mea, utinam mea vox ferat celeriter, utinam resonent mea verba**

Let my tongue speak truly, let my voice carry quickly, let my words resonate

**trans nervos spatii temporisque hodie et cras et per omnia saecula. Felix fortunatus sit**

across the sinews of space and time today and tomorrow and all eternity. Happy (and) fortunate be

**eventus.**

the outcome.

**Hac nocte hoc concilium non convocavi ut ostentationes frivoles Latinae linguae facerem,**

This evening this assembly I have not called forth to make frivolous displays of the Latin language,

**sed potius ut orationem magni momenti in re gravi facerem. Cum fuisset facillimum me**

but rather an oration of great moment on a serious topic to make. Although it would have been very easy

**alibi oculos vertere, facillimum me deligere de alia re disserere, facillimum me referre**

for me to turn my eyes elsewhere, very easy for me to choose discuss another topic, very easy for me

**chartulis papyri ultimum consilium, eligo tamen aliter. Virilis enim fortitudino habenda**

to put on sheets of paper my final project, I however choose otherwise. For a brave man must have

**est viro forti qui consistat pro inermibus. Aliquo viro forti contra actiones perfidas**

manly bravery to stand up for the defenseless. Some brave man against actions treacherous

**loquendum est. Necesse est meminisse occisorum.**

must speak. Necessary it is to remember those cut down.

**Solum anno priore linguae peregrinae rapiebantur, cingebantur, trucidabantur,**

Only last year foreign languages were grabbed, cornered, cut to pieces,

**iugulabantur inclementer intempesta nocte. Impetus celer offerebat nihil temporis**

butchered mercilessly in the dead of night. The attack swift offered no time

**ad defendendum et certe nihil ad dolendum. Gallica, Germanica, Graeca, Romana,**

to defend and certainly none to grieve. French, German, Greek, Roman, (and)

**Hispana sanguis adhuc inquinat manus administrationis. Nullum verbum publicum**

Spanish blood still stains the hands of the adminminstration. No official word

**ad discipulos accessit priusquam corpora linguarum peregrinarum iacebant frigida**

(to) students reached before bodies of foreign languages were lying cold

**exanima in sarcophagis sepulta alta in mausoleo appellato Curia Occidentalis.**

spirit-less in sarcophagi buried deep in the mausoleum called West Hall.

**Honorabo laudabo decorabo occisas linguas inferas. Possum facere**

I shall honor, I shall praise, I shall embellish the fallen languages in the lower world. I can do

**nihil melius ad has nobilissimas linguas honorandas quam beneficia exponere**

nothing better for these very noble languages to be honored than benefits to explain

**linguarum pereginarum studii.**

of foreign language study.

**Marcus Montzuckeris, auctor Libri Facialis, in pecuniis natans et olim discipulus Latinae**

Mark Zuckerberg, founder of Face Book, in money swimming and former student of Latin

**et Graecae, praestitit studiis linguarum classicarum et pereginarum per totam altam**

and Greek, excelled in studies of languages classical and foreign all throughout high

**scholam. Legere poterat linguam Gallicam et Hebraïcam et Latinam et Graecam. Dum in**

school. To read he was able French and Hebrew and Latin and Greek. While in

**universitate studens saepe notus erat ob versus Iliados Homeri recitandos.**

university as a student often he was known for verses-of-Homer's-Iliad- reciting.

**J K Rowlinga vehementius Gallicam et Latinam et Graecam in universitate studebat.**

J. K. Rowling with a passion French and Latin and Greek in university studied.

**Omnis lector librorum Pilosus Figulus momentum clarum linguarum classicarum in**

Every reader of the books Hairy Potterymaker the clear influence of the classical languages in

**opibus eius videre potest.**

her works to see is able.

**Gulielmus Portae, auctor MicroMollis, erat discipulus Latinae et Graecae Antiquae in**

Bill Gates, founder of MicroSoft, was a student of Latin and Ancient Greek in

**schola alta. Hodie sedet super montem pecuniarum attendentium paene octoginta**

high school. Today he sits upon a mountain of wealth reaching almost eighty

**milia deciens centenorum milium dollarium.**

billion dollars.

**Haec nomina sunt solum tria. Tabula discipulorum linguae peregrinae qui felices et**

These names are only three. The list of students of foreign language who prosperous &fortunate

**fortunati fuerunt est fere infinita. Cum esset certe stultum attribuere omnes felicitates et**

have been is almost infinite. Although it would be certainly foolish to attribute all happiness and

**prosperitates studio linguarum peregrinarum, aeque stultum esset dimittere statim et**

success to the study of foreign languages, it would be just as foolish to dismiss immediately and

**ominio pondus potens. Causa rationalis et prudens est homines studere linguis**

altogether their powerful weight. There is a rational and prudent reason that people study foreign

**peregrinis milia iam annorum. Causa rationalis et prudens est conditores patriae nostrae**

language for thousands of years. There is a rational and prudent reason that the founders of our nation

**studium Graeciae et Roma praeponere omnibus aliis. Causa rationalis et prudens est**

the-study-of –Greece-and-Rome placed ahead of everything else. There is a rational and prudent reason

**studium linguae peregrinae esse materiam exactam et postulatam in fere omnibus altis**

that the study of foreign language is a subject required and requested in almost all high

**scholis et innumerabilibus collegiis et universitatibus. Incipiam igitur explicatationem**

schools and in innumerable eolleges and universities. I shall begin therefore an explanation

**beneficorum nonnullorum quae studium linguae peregrinae offert.**

of the benefits considerable which the study of foreign language offers.

**Principalia duo beneficia deducta e studio languarum peregrinarum sunt auctus facultatis**

The two principal benefits derived from the study of foreign languages are an increase of capacity-

**mentalis et auctus perspicientiae culuralis. Neutra postulatio est res novae. Nam liberi**

mental and an increase of awareness-cultural. Neither claim is revolutionary ("new things"). For kids

**semper eunt ad scholam ad discendum et ad crescendum. Studium linguae si perfecisset et**

always go to school for learning and for developing. The study of language, if it had achieved and

**effecisset nihil, evanuisset e scholis multo antea. Pro hominibus spectantibus numeralia**

effected nothing, would have vanished from schools long ago. For persons looking at numerical

**data et chartas expansas, multitudo studiorum conducta est ad quaerendum si studium**

data and sheets-spread, a multitude of studies has been conducted for identifying if the study

**linguae peregrinae augeret facultatem mentalem. Aspicite, o viri et feminae honorabiles,**

of foreign language increases capacity-mental. Glance, honorable men and women,

**tergum libelli, ubi perscripsi solum pauca haec studia, quae demonstrant altiores summas**

at the back of your program, where I have written only a few of these studies, which show higher grades

**in examinibus regulatis et normalibus, altiores notas collegiales, altior auctus undularum**

on exams regulated and standardized, higher grades in college, higher increase of waves

**cerebralium.**

of the brain.

**Omnes discipuli linguarum peregrinarum possunt testari novitatem et contentionem quas**

All students of foreign language can attest to the strangeness and strain which

**studium primo imponit cerebro. Certe equidem possum in memoriam revocare nullam**

the study at first imposes on the brain. Certainly for my part I can (to memory) recall no

**aliam disciplinam quae tantum impactum vel certamen in cerebrum mihi habebat.**

other discipline that such an impact or challenge on-my-brain-had.

**Studium linguae peregrinae offert varietatem et singularitatem quae non possunt effici**

The study of foreign language offers a variety and uniqueness which cannot be achieved

**memoria factorum antiquorum vel formulis mathematicis discendis. In animo non habeo**

by memorizing historical facts or formulas-mathematical-learning. I do not have in mind

**esse insolens, nam disciplinae aliae academicae multum valent et dignitatem habent sed**

to be flippant, for disciplines-other-academic much value have and worth, but

**postremo studium linguarum peregrinarum non potest substitui.**

ultimately the study of foreign languages has no substitute.

**Quod linguae et cultura sunt circumplicatae et implicatae, studium culturarum per aliis**

Because languages and culture are intertwined, the study of cultures through other

**disciplinis inceptum haud omnino idem est. Professor et doctor princeps prior**

disciplines undertaken not altogether is the same. A professor and doctor, the former head of the

**societatis linguarum recentium optime breviter repetivit singularitatem studii linguarum**

Association of Languages-Modern best briefly summarized the uniqueness of study of foreign

**peregrinarum, "Quamquam discipulus potuit adquirere iudicia culturarum aliarum per**

languages. "Although a student could acquire insights into other cultures through

**artem musicam vel artes elegantes, quamquam peregrinatus est longe et late, non**

music or fine arts, although he traveled abroad far and wide, he has not

**expertus est recte culturam diversam symbolis dictis et scriptis quibus singulariter se**

experienced directly a culture-diverse through symbols spoken and written by which uniquely

**profert in lucem."**

it reveals itself ('brings itself to light')."

**Fortasse cogitatis, quid de anthropologia? Nonne studium anthropologiae**

Perhaps you are thinking, what about anthropology? Does the study of anthropology

**judicium culturale auget? Ita vero. Sed memorandum semper est, discipulos discere modis**

evaluation-cultural not increase? Yes indeed. But it must always be remembered, students learn by means

**et viis variis. Puer ad linguas peregrinas docilis est fortasse non ad anthropologiam docilis**

and by ways different. A child receptive to foreign languages is perhaps not to anthropology receptive

**vel vice versa.**

or vice versa.

**Praeterea anthropologia vel aliud stadium non potest offerre beneficium**

Furthermore anthropology or another study is not able to offer the benefit

**utilissimum et aptissium ad communicandum inter homines qui duas linguas dissimiles**

very useful and very practical for communicating between people who two different languages-

**natales loquuntur. Itaque complures disciplinae (e.g. anthropolgia et historia**

native speak. Therefore a number of disciplines (exempli gratia, anthropology and history)

**omnes commendant et saepe poscunt ut discipuli linguis peregrinis studeant. Ita,**

all recommend and often require that their students study foreign languages. Thus,

**quamquam stadium linguae peregrinae praecipue oppugnatur, omnes disciplinae**

although the study of foreign language especially is being attacked, all disciplines

**detrimentum capient propter absentiam.**

damage-will-take because of their absence.

**Spectate, magistri et sodales, ad consilia studiorum exterorum ut damnum videatis.**

Look, professors and colleagues, at programs of studies abroad that you may see the damage.

**Consilium exterum dignum continetur disciplinam linguae regionis. Haec consilia**

A program abroad worthwhile incorporates the learning of the local language. These programs

**vehementer habent linguam non solum pro beneficiis animi et culturae sed etiam pro**

emphatically have language not only for benefits of the mind and culture but also for

**salutate et itinere et otio. Nunc discipuli Riponenses qui volunt studium exterum debebunt**

safety and travel and leisure. Now Ripon students who want study abroad will have to

**discere linguas peregrinas omnes ipsi domi et privatim. Quamquam hoc licet,**

learn all foreign languages themselves at home and individually. Although this is possible,

**formidolosum certe negotium est pro discipulo mediocri ullius universitatis. Praeterea cives**

formidable certainly is the task for an average student of any university. Furthermore, citizens

**Riponenses, cogitate de praemiis et utilitatibus studii peregrini in quo discipulus linguam**

of Ripon, think about the rewards and usefulness of study-foreign in which a student the language

**dicit. Discipulus discrepantiam praebet feriarum et itineris docendi.**

speaks. The student illustrates the difference between a vacation and a voyage for learning.

**Quae cum ita essent, considero donum dollarium decies centenarum milium**

Since these things are so, I consider the gift of a million dollars

**recens pro itinere peregrino non satis conceptum. Magnificum et honorificum et amplum**

recent for foreign travel not sufficiently thought out. Magnificent and honorable and generous

**erat donum. Sed interrogatum habeo. Suntne in tenebris clausi datores illo tempore quo**

was the gift. But I have this question. Were in-the-dark left the donors at that time when

**studium linguae peregrinae paene erat deletum. Ubi gentium sumus, in quo accipit**

the study of foreign language almost was destroyed. Where in the world are we, in which takes-

**collegium pro studio peregrino montes pecuniae sed eodem tempore scindit linguas**

the college for foreign study mountains of money but at the same time cuts languages-

**peregrinas propter penuriam? Totum est contra opinionem omnium.**

foreign because of lack of money? The whole affair is contrary to the judgement of all.

**Absurdum. Somnia.**

Absurd. Dream-fantasy.

**Praeterea multa decies centena milia dollarium mutuum sumpta sunt pro gymnasio**

Moreover, many millions of dollars as a loan have been taken out for the gymnasium

**novo et splendido in additamento donorum acceptorum summae plus quam**

new and splendid in addition to gifts received in total of more than

**duodecim decies centenarum milium dollarium. Verum tamen nulli pauci denarii dati**

twelve million dollars. Yet, no few pennies are given

**sunt pro salutate studii linguae peregrinae. Principia huius collegii sunt praepostera. Mea**

for the salvation of the study of foreign language? Priorities of this college are upside down. In my

**sententia collegium Riponense non iam curat academica, sed potius ad discipulos**

judgment Ripon College no longer cares for academics, but rather for students-to-be

**attrahendos et pecuniam quaerendam. Non satis supermagistri intelligunt multos**

attracted and for money to-be-acquired. Not sufficiently do administrators know that many

**discipulos attrahi studio linguae peregrinae et ullum serium discipulum deflectum iri**

students are attracted by the study of foreign language and any serious student will be turned off

**linguarum penuria. Aestimatione mea meorum quattuor annorum, magnificior sumptus**

by a lack of languages. In my judgment from my four years, the more magnificent the expense

**consiliorum amplificatorum et dictorum callidorum, pauciores discipuli.**

of spending plans and of clever slogans, the fewer the students.

**Aptissime nunc dedicabo quoddam tempus ad linguam delectam hac nocte latinam.**

Very fittingly now I shall dedicate some time to the chosen language tonight, Latin.

**Haec sancta lingua plurima et maxima opera litterarum occidentalium produxit.**

This majestic language very many & very great works of Western literature has produced.

**Sedes ipsissima artium liberalium iacet in studio linguae latinae. Cogitate, amici mei,**

The very foundation of liberal arts lies in the study of the Latin language. Think, my friends,

**auctores illustres et philosophos et physicos et ceteros scriptores et praeterea illos**

of illustrious authors and philosophers and scientists and other writers and moreover those

**inspiratos et motos et operibus Graecis et Romanis. Multitudo gentium impulsa est et etiam**

inspired and moved by works both Greek and Roman. A plethora of people were and are still

**hodie impulsatur lingua Latina et magnis operibus mundi occidentalis. Itaque ut**

today impacted by the Latin language and the great works of the western world. Therefore, that

**magna opera vero intellegamus, haec quoque recentia et praesentia nos debemus**

the great works truly we may know, those also of the recent past and in the present, we must

**intelligere eventus qui acciderunt antequam nati sumus.**

know the events which happened before we were born.

**Quamquam quidam dicunt linguam Latinam et praetenta magna opera esse solum facta ab**

Although some say the Latin language and the so-called great works are only products of

**antiquis et mortuis et nobilibus albis viris, confirmo tamen ego, audite verba auctoris**

ancient and dead and privileged white men, I say nevertheless to them, hear the words

**famosi et discipulae studiorum classicorum Maya Angelou, "Adulescens ego putavi**

of the famous author and student of classical studies Maya Angelou: "As a young person I thought

**Shakespearem debere esse puellam Aethiopem. Quo modo aliter poterat intellegere animi**

Shakespeare had to be a black girl. How else was he able to understand of-my-mind

**motos mei?" Magna opera non valent ad amplificanda quaedam consilia vel aetatem, sed**

the emotions? Great works are not worth studying for touting certain projects or an age, but

**opera digna sunt studio quod sunt optima. Studia classica crescunt nobiscum et**

works are worthy of study because they are excellent. Classics grow with us and

**transcendunt omnes aetates et omnes artes. Plato et Artistotles et Cicero et multi alii sunt**

transcend all ages and all cutures. Plato and Aristotle and Cicero and many others are

**hodie magni momenti.**

today of great importance.

**Lingua Latina tamen deiecta est quod societas hodierna iudicat eam inutilem. Antiquam.**

The Latin language however has been cast aside because today's society judges it useless. Outdated.

**Obsoletam. Mortuam. Immo vero, ut dico ea nocte, lingua Latina moritur in collegio**

Obsolete. Dead. But in truth, as I say this evening, the Latin language dies in Ripon

**Riponensi non propter senectutem vel inutilitatem sed propter gladios in bello pecuniario.**

College not because of old age or uselessness but because of swords in a money war. I

**Ego me rogo, intelligantne hi gladiatores principia ipsa collegii artium liberalium?**

ask myself, do these swordsmen understand the very principles of a college of liberal arts?

**Admoneam eos, ut dixit vir doctissimus Britannicus, "meta ultima est generare virum**

Let me remind them, as a very learned Englishman said, "The final goal is to create a person

**omnino doctum aptum ad ducendum in civitate expolita et humana et eodem tempore ad**

thoroughly educated, fit for leading in a society civilized and humane and at the same time for

**adolescendum ad hominem satis completum."**

developing into a person reasonably complete."

**Minime affirmo ex bona fide homines esse omnino educatos in mundo hodierno sine**

Not at all do I affirm in good faith that persons are fully educated in today's world without

**quodam studio languarum peregrinarum. Praeterea si vero collegium curat praecipue**

some study of foreign languages. Furthermore, if truly college cares only

**significationem negotii, nihil excusationis manet. Quo modo supermagistri proponunt**

for placement of employment, no excuse remains. How do the administrators propose

**discipulos nostros contendere cum aliis qui recognoscant linguas in distincte mercatu**

that our students compete with others who know languages in a distinctly economy-

**globali?**

global?

**Dum studium linguae peregrinae cadit ad hominum pedes, nova sedes diversitatis**

While the study of foreign language falls to the feet, a new center for diversity

**institua est in collegio. Nolo detrectare, sed vero? Quo modo diversissima academica**

is founded at the college. I do not wish to detract, but seriously? How can the most diverse academic

**materia potest secari dum pecunia insumitur ad diversitatem socialem in collegio.**

subject be cut while money is spent for social diversity on campus?

**Legere opera auctorum Gallicorum Germanorum Graecorum Romanorum Hispanicorum**

To read the works of authors French German Greeek Roman Spanish

**est probatissimus perennialis modus ad promovendam diversitatem in collegio.**

is a very proven perennial means for promoting diversity on the campus.

**Quod enim collegium magni academici momenti non habet permultas occasiones pro studio**

For what college of academic importance does not have many opportunities for the study of

**linguarum peregrinarum. Multa collegia requirunt linguam peregrinam pro gradu.**

foreign languages. Many colleges require foreign language for graduation.

**Pauciores tamen linguas nos offerimus et disciplinam altam pauciorem. In dies nostra**

Fewer however languages we offer and offerings advanced fewer. Day by day our

**fama academica fit tenuior et inanior. In dies noster gradus fit multo inutilior.**

reputation-academic becomes thinner and weaker. Daily our diploma becomes weaker.

**Spero verba mea inceptura esse dialogum magni momenti depulsionis**

I hope my words will begin a dialogue of importance about the removal

**linguarum peregrinum, sed gravius, temporis futuri. Post gradum cum reveniam**

of foreign languages, but more importantly, about the future. After graduation, when I return

**ad collegium Riponense, spero vehementer me inventurum esse studium linguarum**

to Ripon College, I fervently hope I will find the study of foreign languages

**peregrinarum resuscitatum.**

resurrected.

**Gratias vobis ago.**

THANK YOU.

Bowra, Maurice. "The Idea of a Liberal Arts College," *Liberal Education L,* no.2 (1964), 187.

Parker, William Riley, *The Language Curtain and Other Essays on American Education.* New York: Modern Language Association of America (1966) 127.